



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**D. Burchardi VVormaciensis Ecclesiae Episcopi,
Decretorum Libri XX. ex Consiliis, & orthodoxoru[m]
patru[m] Decretis, tum etiam diuersaru[m] nationum
Synodis, ceu loci communes congesti, in quibus ...**

Burchardus <Wormaciensis>

Parisiis, 1549

De presbyteris quibus solet dormiendo sæpe semen effluere. xlii.

urn:nbn:de:hbz:466:1-10722

De eadem re. Cap. XLI

Diaconi similiter, qui immolauerunt, honorē quidem habeant, cessent verò ab omni sacro mysterio, siue à pane, siue à calice offerēdo, vel prædicando. Quòd si quidam episcoporum consciī sunt laboris eorum, & humilitatis, & mansuetudinis, & voluerint eis aliquid amplius tribuere, vel adimere, penes ipsos erit potestas.

Ex eodē cap. 12.

De presbyteris, quibus solet dormiendo sæpe semen effluere. Cap. XLII.

Spost illusionem, quæ per somnium solet accidere, vel corpus domini quilibet accipere valeat, vel si sacerdos sit, sacra mysteria celebrare?

Interrogatio August. Anglorū apostoli. Respōsio Grego.

De eadem re. Cap. XLIII.

ET quidem hunc, testamentum veteris legis, sicut in superiori capitulo iam diximus, pollutum dicit, nisi lotum aqua ei vsque ad vesperum intrare Ecclesiam non cōceditur. Quòd tamen aliter populus spiritalis intelligēs, sub eodē intellectu accipiet, quo præfati sumus: quia quasi per somniū illuditur, qui tentatus immundicia veris imaginibus in cogitatione inquinatur. Sed lauandus est aqua, ut culpas cogitationis lachrymis abluat, & nisi prius ignis tentationis recesserit, reum se quasi vsque ad vesperum cognoscat. Sed est in eadē illusione necessaria valde discretio, quæ subtiliter pensari debeat, ex qua re accidat menti dormientis. Nam aliquando ex crapula, aliquando ex naturæ superfluitate, vel infirmitate, aliquando ex cogitatione contingit. Et quidem quum ex naturæ superfluitate, vel infirmitate euenerit, omnimodo hæc illusio non est timēda: quia hanc animus nesciens pertulisse magis dolendus est, quàm fecisse. Quum verò ultra modum appetitus gulæ in sumendis alimentis rapitur, atque idcirco humorū receptacula grauantur, habet exinde animus aliquem reatū, non tamen vsque ad prohibitionem percipiendi corporis Christi vel missarum solennia celebrandi, quum fortasse, aut festus dies exigit, aut exhiberi mysterium pro eo quòd sacerdos alius in loco deest, ipsa necessitas compellit, mutati vestibis canret. Nam si adsunt alii, qui implere mysterium valeant, illusio per crapulam facta à perceptione